

fecerit, inscia & inconsulta sua Celsitudine, inscijs etiam reliquis protestantium ordinibus. 2. Quia hac Confessio non sit Philippi, sed suæ Celsitudinis ac ceterorum ordinum propria: 3. Quia hinc tum suæ Celsitudini, tum reliquis ejusdem Confessionis socijs, incertitudo atq; inconstantia in doctrina sit objecta 4. Quia vulgus hominum graviter offensum &c.

Hist. Con. 107. Annon reclamatum fuit à Philippo ipso, qui mutata quasi sententiâ, sub finem colloquij Aug. fol. 495. & 504. Vvormatiensis anni 1557. clare & sanctè protestari necessum habuit, se nec discessisse, nec discessurum esse à Confessione, Augustæ Carolo V. anno 1530. exhibita: imò Zuinglium cum suo dogmate propria manu nominatim & expressè rejecit? Id quod ipse quidem Lavaterus Sacramentarius minimè dissimulat: Sed à concinnatore operum Philippi malitiosè fuit omissum,

Hist. C.A. 108. Quid quòd Anno statim sequente 58. cum f. 505. Philippus jussu Electorum in conventu Francofurtensi ad Mænum, Articulos quosdam conscripsisset, ad quorum normam controversiarum conciliatio atq; decisio institui posset: Articulus verò de Cæna Domini hunc in modum delineatus fuisset: De Cæna Domini sentimus & recipimus Catechismum Lutheri, Augustanam Confessionem, & Smalcaldicos Articulos, in eo sensu, qui continetur & exponitur in Apologia, & in libro locorum communium D. Philip.